

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 1: De personarum uarietate Caput 3: De eucharistia (4)

Idem (Joannes Chrysostomus) in sermone:

Indigna et fucata mente
mysteriorum celebrantibus secreta, a
diabolo praeparantur insidiae, qui magis
ac magis a se mutantur; qui non aequo
animo communicare festinant.

Nam in illum post communicationem
mensae diabolus intrauit, non quia
contempserat dominicum corpus,
sed quia impudentia Iudae et malignitas
mentis, ut aduersarius in eo habitaret,
effecit: ut discas quod
indigna, et fucata mente
mysteriorum secreta celebrantibus, a
diabolo praeparantur insidiae, et magis
ac magis assimilantur eis, qui non aequo
animo communicare festinant:
et haec dico, non ut uos terream, sed ut
cautiores efficiam.

Iohannes Chrysostomus, *De proditione
Iudae homilia* (Chrysostomi opera
omnia, tom.3, Basel, 1539, pp.539-40).
cf. PG 49, col.380